

cessorum suorum, & in nominibus eorum, & cuiuslibet ipsorum, pralibata Ducali Excellentie homagium, & fidelitatis debite sacramentum, & ad quedam alia capitula supplicandum, & à benignitate Ducali de speciali gratia procurandum, prout patet instrumento Syndicatus, inde confecto, scripto manu prædicti Ioannis Benedicti de Theano, in ipsa Ciuitate, & Insula Notarij publici, superscriptis anno, & Inditione, die 28. Mensis Maij, à me, Notario infrascripto, viso, & lecto.

Comparentes igitur reuerenter coram superscripto Serenissimo, & Excellentissimo Domino Duce Venetiarum, atque Consiliarijs, Sindici, & Procuratores prædicti, procuratorio, & syndicatorio nomine supradicto, & omni modo, iuribus, forma, & causa, quò melius potuerunt, præstiterunt, & fecerunt, dicto Domino Duce, & suo Consilio percipientibus nomine, & vice eorum, & Communis Venetiarum, ac successorum suorum, homagium, & ad sancta Dei Euangelia, tactis corporaliter scripturis, fidelitatis debite Sacramentorum. Quod quidem homagium, & Sacramentorum, ipse Dominus Dux, & Consilium, pro se, & Communi Venetiarum, & successoribus suis, benignè, & alacriter accipiunt, & acceptauerunt, intendentes habere perpetuò, & tenere, & tractare Vniuersitatem, & homines Ciuitatis Corphiensis, ac successores eorum, in suos carissimos subditos, & fideles. Quod ut manifestè videant, & cognoscant, operibus per effectum, auditis, & benignè intellectis Capitulis supradictis, pro quibus dicti Ambasciatores, & Sindici humiliter supplicant, supradictus Serenissimus, & Excellentissimus Dominus Dux, cum deliberatione suorum Consiliorum, pro se, & successoribus suis, omnia, & singula Capitula infrascripta, dictæ Vniuersitati, & hominibus Ciui-